155 46 155

Joanne olim Andreae Poniatowski de Poniaty Zazayne haeredi et ipsis Successoribus Tenetur esse debitus certi Veri et liquidi debiti mutuatici pecuniae Summam Centum florenorum Polon. Quam quidem Summam idem ipse recognoscens Submittit ac se de Bonis Suis cum Successoribus Suis inscribit Memorato creditori Suo Suisque Successoribus hinc in festo Sancti Stephani Protomartyris proxime futuro parata pecunia soluere aut circa Acta officii Castren. Drohicien. deponere et relinquere depositamque relictam cursus ad se non accipere nec modo quovis arestare aut [illegible] sub Vadio simili aliorum Centum florenorum Polon. in defectu solutionis pro tempore Suprascripto adsoluendo succumbendo. Et Coram officio Castren. Drohicien. in primis Actionibus Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus Se et Suos Successores Actu abscribendo et abrenunciando Sub amissione Sua et Suorum Successorum totalis et integrae causae.

Kocowna Poniatowska Reformatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Andreae Poniatowski Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Catherinae filiae Nobilis Joannis Koc coniugi Suae Sibi Matrimonio desponsatae ratione Verae dotis post eam acceptae et rebus Suis importatae in Medietate Omnium et Singulorum bonorum Suorum mobilium et immobilium in haereditate Poniaty Zazayne consisten. habitorum et habendorum Summam Sexaginta Sexagenarum Polon. dotis et advitaliciy Decem Sexagenis Polon. inscribit reformat et assecurat dotaliciatque more aliorum dotaliciorum hoc in Regno Poloniae observari Solitorum.

Malinowo Zoltki Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Leonardus olim Stanislai Malinowski de Malinowo Zoltki haeres Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Zachariae filio Nobilis Pauli Malinowski et eius posteris bonorum Suorum immobilium in bonis Malinowo Zoltki Sitos tres Sulcos Versus Sylvas Borowskie, a granicie Stryjewska(?) ad graniciem Kamienska tenden. inter metas Joannis Kowalczyk(?) [illegible] fratris recognoscen. iacen. Cum Omnibus et Singulis Utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. Nihil excepto dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum Actuali de paceata possessione per Nobilem et Nobilis dicto officio acceptans dat et admittit. Pacemque tutionem et evictionem Omnimodam eiusdemque promissionem ab Omni impedimento iuris quarumuis personarum [illegible] et [illegible] Omnes expensas [illegible] sub Damnis [illegible] tarorum et evincendis. Et Coram officio praesenti peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis se et Suos Successores Actu abscribendo.